

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vesperale für die Äbte von St. Blasien - Cod. St. Blasien 26

Fidelis <Pater>

[St. Blasien], 1748

De tempore

[urn:nbn:de:bsz:31-46938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46938)

COMMEMORATIO

DOMINICÆ.

DOMINICA III. post epiph.

Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuam maiestatis extende. Per Dominum.

DOMINICA IV. post epiph.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis; ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum.

DOMINICA V. post epiph.

Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi: ut quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniamur. Per Dominum.

DOMINICA VI. post epiph.

Oratio.

Praesta quæsumus omnipotens Deus: ut semper rationabilia meditantibus, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dñm.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

Oratio.

Preces populi tui, quæsumus Domine, cle-

menter exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Oratio.

DEUS, qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius; ut contra adversa omnia, Doctoris Gentium protectione muniamur. Per Dñm.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

Oratio.

PRECES nostras quaesumus Domine, clementer exaudi: atque à peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custodi. Per Dominum.

DOMINICA II. IN QUADRAGES.

Oratio.

DEUS, qui conspicias omninos virtute destitui: interius exteriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

FERIA II.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges; consuetae misericordiae tribue benignus effectum. Per Dñm.

FERIA III.

Oratio.

PROPITIARE Domine sup-

plicationibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus: ut remissione percepta, in tua semper benedictione lateamur. Per Dominum.

FERIA IV.

Oratio.

DEUS innocentiae re-
stitutor & amator,
dirige ad te tuorum corda
servorum: ut Spiritus tui
fervore concepto, & in fi-
de inveniantur stabiles, &
in opere efficaces. Per Do-
minum.

FERIA V.

Oratio.

ADesto Domine famu-
listuis, & perpetuam
benignitatem largire po-
scentibus: ut ijs, qui te au-
ctore & gubernatore glo-

riantur, & congregata re-
staures, & restaurata con-
serves. Per Dominum.

FERIA VI.

Oratio.

DA, quaesumus Domine
populo tuo salutem
mentis & corporis: ut bo-
nis operibus inhaerendo,
tua semper virtutis mere-
atur protectione defen-
di. Per Dominum.

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA

Oratio.

QUaesumus omnipotens
Deus, vota humilium
respice: atque ad defen-
sionem nostram, dexteram
tuae majestatis extende.
Per Dominum.

FERIA II.

Oratio.

Subveniat nobis Do-
mine, misericordia
tua: ut ab imminentibus
peccatorum nostrorum
periculis, te mereamur
protegente eripi, te libe-
rante salvari. Per Dñm̄.

FERIA III.

Oratio.

Tu nos, Domine, pro-
tectione defende: &
ab omni semper iniquita-
te custodi. Per Dñm̄.

FERIA IV.

Oratio.

Concede quæsumus
omnipotens Deus: ut
qui protectionis tuæ grati-
am quærimus; liberati à ma-
lis omnibus, securi tibi
menteserviamus. Per Dñm̄.

FERIA V.

Oratio.

Subiectum tibi popu-
lum, quæsumus Domi-
ne, propitiatio cœlestis
amplificet: & tuis semper
faciat servire mandatis.
Per Dominum.

FERIA VI.

Oratio.

Praesta quæsumus om-
nipotens Deus: ut qui
in tua protectione con-
fidimus; cuncta nobis
adversantia, te adjuvan-
te, vincamus. Per Dñm̄.

DOMINICA IV. IN QUADRAGES.

Oratio.

Concede quæsumus
omnipotens Deus:
ut qui ex merito nostræ ac-
tionis affligimur, tuæ gra-

tia consolatione respire-
mus. Per Dominum.

FERIA II.

Oratio.

DEprecationem no-
stram, quaesumus Do-
mine, benignus exaudi:
& quibus supplicandi
praestas affectum, tribue
defensionis auxilium.
Per Dominum.

FERIA III.

Oratio.

Miserere Domine po-
pulo tuo: & continu-
is tribulationibus labo-
rantem, propitius respi-
rare concede. Per Dñm.

FERIA IV.

Oratio.

Pateant aures misericor-
diae tuae Domine precibus
supplicantium: & ut peten-

tibus desiderata conce-
das, fac eos, quae tibi sunt
placita postulare. Per.

FERIA V.

Oratio.

Populi tui Deus institu-
tor & rector, peccata
quibus impugnatur, ex-
pelle: ut semper tibi placi-
tus, & tuo munimine sit se-
curus. Per Dominum.

FERIA VI.

Oratio.

DAnobis, quaesumus om-
nipotens Deus: ut qui
infirmi tatis nostrae conscij,
de tua virtute confidimus,
sub tua semper pietate gau-
deamus. Per Dominum.

DOMINICA DE PASSIONE.

Oratio.

Quaesumus omnipotens

Deus, familiam tuam propitius respice: ut te largiente, regatur in corpore; & te servante custodiatur in mente. Per Dñm.

FERIA II.

Oratio.

DA, quæsumus Domine, populo tuo salutem mentis & corporis: ut bonis operibus in hærendo; tua semper mereatur protectione defendi. Per Dominum.

FERIA III.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, perseverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus nostris, & merito & numero, populus tibi serviens augetur. Per Dominum.

FERIA IV.

Oratio.

AD esto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam speranda pietatis indulges; consueta misericordiam tribue benignus effectum. Per Dominum.

FERIA V.

Oratio.

Esto, quæsumus Domine, propitius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent, respuentes; tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

FERIA VI.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut qui protectionis tuæ

gratiam quærimus; libera-
ti à malis omnibus, secura
tibi mente seruiamus. Per
Dominum.

SABBATO.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui humanogenere ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius; ut & patientiam ipsius habere documenta, & resurrectionis confortia mereamur. Per eundem Dominum.

DOMINICA IX. POST PENTE.

Oratio.

Pateant aures misericordiam tuam, Domine,

precibus supplicantium:
& ut petentibus desiderata concedas; fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per Dominum.

DOMINICA X post Pentecost.

Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas: multiplica super nos misericordiam tuam; ut ad tua promissa currentes, celestium bonorum facias esse confortes. Per Dominum.

DOMINICA XI. post Pentecost.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis & vota: effunde super nos miseri-

cordiam tuam; ut dimittas,
quæ conscientia metuit, &
adiicias, quod orationon
præsumit. Per Dominum.

DOMINICA XII. post Pentecost.

Oratio.

OMnipotens & miseri-
cors Deus, de cuius
munere venit, ut tibi à fi-
delibus tuis digne & lau-
dabiliter seruiatur: tri-
bue quæsumus nobis; ut
ad promissiones tuas sine
offensione curramus. Per
Dominum.

DOMINICA XIII. post Pentecost.

Oratio.

OMnipotens sempiter-
ne Deus, da nobis fi-
dei, spei & charitatis aug-
mentum: ut mereamur
asequi, quod promittis;
fac nos amare, quod præ-

cipis. Per Dominum.

DOMINICA XIV. post Pentecost.

Oratio.

Custodi, Domine quæ-
sumus, Ecclesiam tu-
am propitiatione perpe-
tua: & quia sine te labitur
humana mortalitas; tuis
semper auxilijs & abstra-
hatur à noxijs, & ad salu-
taria dirigatur. Per Do-
minum nostrum.

DOMINICA XV. post Pentecost.

Oratio.

Eccliam tuam, Do-
mine, miseratio con-
tinuata mundet & muni-
at: & quia sine te non po-
test salva consistere; tuo
semper munere guber-
netur. Per Dominum no-
strum Iesum Christum
Filium tuum.

DOMINICA XVI. post Pentecost.

Oratio.

Tuanos, quaesumus Domine, gratia semper & praeveneriat, & sequatur: ac bonis operibus jugiter praestet esse intentos. Per Dominum.

DOMINICA XVII. post Pentecost.

Oratio.

DA, quaesumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia: & te solum Deum purementesectari. Per Dominum.

DOMINICA XVIII. post Pentecost.

Oratio.

Dirigat corda nostra, quaesumus Domine, tuae miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dñm.

DOMINICA XIX. post Pentecost.

Oratio.

Omnipotens & misericors Deus: universa nobis adversantia propitiatus exclude; ut mente & corpore pariter expediti, quae tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

DOMINICA XX. post Pentecost.

Oratio.

Largire, quaesumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deserviant. Per Dominum.

DOMINICA XXI. post Pentecost.

Oratio.

Familiam tuam, quaesumus Domine, con-

tinua pietate custodi: ut à cunctis adversitatibus, te protegente, sit libera; & in bonis actibus tuo nomini sit devota. Per Dominum nostrum.

DOMINICA XXII. post Pentecost.

Oratio.

DEus refugium nostrum, & virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.

DOMINICA XXIII. post Pentecost.

Oratio.

Absolve, quaesumus Domine, tuorum delicta populorum: ut à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua be-

nignitate liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum.